

Franckesche Stiftungen zu Halle

Historia Reformationis Ex B. D. Martini Lutheri Aliorumque fide dignorum scriptorum monumentis eruta ac digesta

Majus, Johann Heinrich

Francofvrti ad Moenvm, MDCCX.

VD18 11197102

Widmung

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-211445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-211445)

SERENISSIMO PRINCIPI
ATQUE DOMINO,
DOMINO

FRIDERICO,

DUCI SAXONIAE, IULIAE,
CLIVIAE AC MONTIUM, ANGRIAE
ITEM ET WESTPHALIAE, LANDGRAVIO THU-
RINGIAE, MARCHIONI MISNIAE, PRINCIPI
HENNEBERGIAE, COMITI MARCAE ET RA-
VENSBERGIAE, DOMINO RAVENSTEI-
NII ETC.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

X 2

SE-



SERENISSIME PRINCEPS,
DOMINE CLEMENTISSIME!




Cum DVCVM SAXONIAE
fere omnium, inde a primo tem-
pore, quo D. *Lutherus* sacra,
Antichristi foedis erroribus & su-
perstitionibus contaminata, divino instin-
ctu repurgare aggressus est, ea semper glo-
ria fuit, ut Defensores & Propagatores pu-
rioris doctrinae iure ac merito haberentur:
tum

tum Tuae inprimis AVGVSTAE Domus,
 SERENISSIME PRINCEPS, quae GO-
 THANA dicitur, eluxitatque eminuit sin-
 gularis amor & constantia in tuendo sacro
 Evangelii deposito. Nam, ne nimis re-
 mota a nostra memoria repetam, quem
 latere potest omnis aetatis gloriosissimi
 PRINCIPIS, DOMINI ERNESTI, so-
 lida Pietas, Eiusque una cum cognitione
 veritatis propagandae studium indefessum?
 Tanta profecto per orbem Evangelicum
 EIVS est celebritas, ut vix simile in Histo-
 ria inveniatur exemplum. Si *Constantinos*
 & *Theodosios* Ipsum aequasse vel superasse
 affirmavero, nihil alienum a veritate dixe-
 ro. Vere Nutritius, Pastor & Episcopus
 Ecclesiae fuit, & nihil antiquius habuit,
 quam quaerere & promovere ante omnia
 Regnum DEI eiusque iustitiam. A primis
 enim Regiminis Sui annis omni animi con-
 tentione eo incubuit, ut ex densis ignoran-
 tiae damnabilis tenebris eruerentur subiecti,
 & vitam doctrina Evangelica dignam age-
 rent.

rent. Publica extant rerum testimonia, ut nihil verbis opus sit. ERNESTINA BIBLIA, *Evangelica Harmonia*, *Locicomunes Theologici*, e *Luthero* etiam *collecti*, *Historia Ecclesiastica*, & alii id genus libri fere innumeri hoc loquuntur. Sanctum hoc institutum Principis supra laudem positi hostium quoque Evangelicae doctrinae oculos perstrinxit, ut non potuerint non illud celebrare, & in exemplum proponere suis. Fecisse id constat illum Romanis sacris se addicentem, & eiusdem cum ERNESTO Pio Nominis Principem, in libro, cui titulum esse voluit: *Der warhafftige und discret-gesinnete Catholischer*. Nec in Templis tantum & Scholis vivam Veritatis atque Pietatis imaginem erexit Divinus ille PRINCEPS, sed ipsam quoque Aulam constituit sedem probitatis, Scholam modestiae, habitaculum virtutum, pestem vero & perniciem impietatis, omniumque scelerum; ut vere cantari de ea potuerit: ex hac aula, qui volet esse malus. Avitam istam gloriam,

riam, TV, SERENISSIME PRINCEPS, non solum iure haereditario accepisti; sed eandem etiam servas, & amplificas magnifice: ac id omnino consecutus es iure Tuo, vt inter Piissimos temporis nostri Principes, qui puriori Religioni nomen dederunt, non postremo loco habearis. Atque haec Pietas heroica, qua emines & excellis, me non solum in humilem *Augusti Tui Nominis* cultum venerationemque devotam traxit: verum etiam fiduciam mihi inspiravit, vt praesentem Reformationis Historiam, ex *Lutheri* & aliorum clarissimorum Virorum scriptis, quibus aditus patuit ad Archiva Vestra Ducalia communia, digestam, TVAE SERENITATI dicare & consecrare audem. Nec dubito, quin pro Clementia illa inusitata, qua per Europam clares, ac Religioni purae litterisque bonis faves, serena mente & fronte, hoc in TE pietatis & observantiae documentum & monumentum perpetuum, accepturus sis. Ego sane, pro eo ac par est, non cessabo, DEVM assiduis

)) (com-



compellare votis & precibus, ut TVAM
SERENITATEM, salvam & incolumem,
vna cum Ducali Domo, quam diutissime
fervet Europae, Ecclesiae Evangelicae, sub-
iectis Provinciis & civibus; quo nunquam
desint ERNESTI & FRIDERICI, Defen-
sores & Protectores Fidei & Religionis pu-
rae per D. Lutherum instauratae.

SERENITATIS TVAE

*humilimus devotissimusque
Cliens*

Giesae Hassorum d. XXVI. Martii
A. O. R. M DCC X.

Io. Henricus Maius D.

PRÆ-